Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26327
Copyright: Admont, Benediktinerstift



principi eunuchorum ut introducerent de filiis captiuitatis israel et de se
mine regio (istud e de l. xx. quare ignoratur) et de portionem puerorum inquibus non erat macula pulchri
facie et intellegentes sapientia et argumentantur si de semine regio
electi sunt daniel et tres pueri de semine autem regio eunuchos fore
scriptura prodit hos esse qui eunuchi facti sunt. Si uero illud opposuerit
quod ezechiel dicit noe daniel et iob intra peccatrice filios et
filias liberare non posse respondendum est quod iuxta hipothesim die
rum sit. Neque enim eo tempore noe et iob erant quos in multis ante scis fu
isse cognouimus. Et est sensus. Sicut lesuri fuerint intra peccatrice
filios suos et filias liberare non poterit. Qua iusticia patris non libera
bit filium nec peccatum alterius alteri reputabitur. Anima enim que
peccauerit ipsa morietur. Sed et hoc dicendum. daniel iuxta istoriam
libri ei cum ioachim rege captum eo tempore quo ezechiel quoque ductus est
in captiuitatem. Quomodo ergo potuit habere filios qui adhuc puer
erat. expleto triennio introducitur ad regis obsequium. Ne ne quis
putet ezechiel iam uiri meminisse danielis et non pueri. factum est in
qd anno sexto regis sedicie et ioachim in sexto mense in quinta
mensis. et ego sedebam in domu mea. et senes iuda sedebant coram me.
Atque in eadem die adeum dicit. Si fuerint noe et daniel et iob.
Erat igitur daniel adhuc puer et notus in populo. Propter interpreta
tionem somniorum regis. Propter susanne historiam et occisionem
presbyterorum. Et prospicue ostenditur eo tempore quo hec dicebantur
de noe et daniel et iob adhuc puerum fuisse daniel et nec ha
bere potuisse filios et filias quos sua iusticia liberare. Huc
usque de lege. Venit ad euangelium. et proponit nobis Zachariam et he
lisabeth. patrem et socerum eius. et ex sancta uecordia non intellegit
istos quoque inter eos qui legi seruierunt debuisse numerari. Neque
enim euangelium ante crucem xpi est. qd passione et sanguine illius
dedicatur. Iuxta quam regulam et nos apti ut ei exsupfluo interim

N qd daniel quando prbro condempnauit adhuc puer erat

Euangelium nisi post crucem xpi est